



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Nobili Viro E. Comiti Irsuto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

320 Epistolarum Innocentij III.

sui, sit penitus responda, cùm hoc modo quilibet posset suum testimonium infirmare, ac mulier confessionem in jure factam eo prætextu revocare non possit quod se fatetur corruptam promissione pecunia hoc dixisse, quia tamen an supradicti testes sint contra matrimonium admittendi, apostolicæ sedis oraculo postulas edoceri, fraternitatì tuae insinuatione præsentium innoscet quod felicis recordationis Alexander Papa prædecessor noster consultus utrum si de propinquitate illorum qui sunt matrimonio copulandi aliqua fiat mentio, & Presbyteri per Ecclesiæ publicè dicant.

*Cap. Ad hanc.
Qui matrimonio
accus. possint.*

ut qui novit aliquid infra terminum qui posterius possint, praefigitur exeat & proponat, an illi qui posterius veniunt, ad accusationem debant vel testificationem admitti, taliter legitur respondisse, quod si suspicione earent posterius venientes, ab accusatione vel testificatione repelliri non debent, ceterum si commoniti à Presbyteris tacent, & postmodum accusare vel testificari volunt, tamquam suspecti merito repellentur. Datum Laterani 111. Non. Maij, pontificatus nostri anno duodecimo.

NOBILI VIRO E. COMITI Irso.

*Epiſt. 35.
Suscipitur sub
protectione
apostolicæ fe-
di.*

EX sincero devotionis affectu quem ad beati Petri Apostolorum principis sedem habere dinoscere, villam quæ Sulum nuncupatur Romanæ Ecclesiæ liberaliter contulisti, unum aureum apostolicæ sedi annuatim ex ipsa solvendo. Nos igitur donationem ipsam tam gratam quam ratam habentes, ut ejusdem apostolicæ sedis præsidium tibi sentias non desse, personam tuam cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possides, aut in futurum justis modis dante Domino poteris adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti patrocino communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostras confirmationis infringere vel ei &c. usque in finem. Datum ut in alia per totum.

MELDENSI EPISCOPO & Archidiacono Parisensi.

*Epiſt. 36.
Eis committi-
tur causa Ca-
merarij Car-
notensis.*

CVm olim venerabilis frater noster Episcopus Carnotensis dilectum filium Radulphum quondam Camerarium suum Decano, Cantori, Subdecano, & Succentori Carnotensis Ecclesiæ ad quondam præbendam in ipsa vacantem præsentasse ex more, idem Decanus offerens se legitimè probaturum quod publica quo-

rundam criminum laboraret infamia, ipsum admittere reculavit. Cùmque dilecti filii P. Præpositus, S. G. & H. & quidam alij Canonici Carnotenses super hoc inquisitionem fieri petiissent, Abbas de Sarzano & conjudices ejus, quibus idem negotio delegavimus, quia dictum Camerarium, sicut ex litteris eorum accepimus, non solum publica laborantem infamia, verum etiam illis irretitum criminibus inveniebant, silentium imposuerunt eidem super memorata præbenda, ipsum ab omni officio & beneficio ecclesiastico suspenderentes, & retinentes in manibus nostris ecclesiastica beneficia quæ habebat ad restitutionem eorum quos variis rapinis, vel delictis usurpi, matrimoniorum venditione, ac ruptione testamentorum afferebatur nequier spoliasse. Qui licet ad præficiat nostram accedens provideri sibi super sententiæ præfatorum judicum postulasset, quia tamen nondum ad nos pervenerat relatio judicum eorundem, nihil a nobis tunc potuit obtinere. Sed tandem eorum relatione recepta, quod factum per ipsos fuerit approbativimus, dantes vobis pernotras literas in præceptis ut illud per censorum ecclesiasticam faceretis appellatione remota firmiter observari. Nuper autem litteras multorum accepimus cum ipso supplicantium & pro ipso ut cùm occasione inquisitionis prædictæ, quam fieri non tam caritatis zelo quæ invidiae typo aliqui procurasse dicuntur, graves incurrit in persona labores & difficultates in rebus expensas, sed quæ si mutatus in virtutem alterum, per cor contritum & humiliatum se se veniam dignum reddat, super beneficis suis eum respicere misericorditer dignaremus; maximè cùm illis pro quorum restitutione in nostris manibus sunt retenta & jam satisfecerit juxta posse, & adhuc sit cuilibet conquerenti paratus satisfactionem debitam exhibere. Nos igitur de consueta sedis apostolicæ pietate & misericordiam in iudicio facere cum ipso volentes, discrenendo mandamus quatenus considerato per contritionem & conversationem ipsius utrum ei vexatio jam tribuerit intellectum, ut appareat emendatus, ad satisfacendum illis pro quorum restitutione sua beneficia sunt retenta inducati eundem, & cùm eis competenter fuerit satisfactum, beneficia ipsa pariter & officium sibi restituere non tardetis, contradictores per censorum ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Laterani iv.

Idus